

de institutione monachorum.

furore contentionis incensi. nullo genere ad pacis consiliū flectebantur: maxime q̄ vni⁹ p̄tis populus plurimum fidutiē in vici-
bo cuiusdā latronis gēbat: q̄ ei⁹ dem certaminis signifer videbatur. Hunc cū videret Apolloni-
us paci resistētē dixit ad eū Si mihi o amice acquiescere volueris ad pacē: rogabo deum meū vt remittat tibi peccata tua. At il-
le cum audisset nihil omnino distulisset genibus eius prouolutus supplicabat ei. Tunc deinde conuersus ad turbas que euz fuerant secute: fecit omnes cum pacē discedere. Quibus discedentibus ipse permansit cum homine dei expectans p̄missū. Tūc vero Apollonius assumens eum et cū ipso iter agens ad monasterium docebat eū mutare debere ordinem vite: et patienter a deo querere miam promissionem q̄ ex fide expectare. Oia enī possibilis dicebat esse credenti. Cūq; noctis tpe simul in monasterio quēuissent p̄ visum ambo se vidēt in celis esse: et assistere ante tribunal xp̄i. Vident etiam āgelos dī et sanctos quosq; adorantes deū. Et cum hec videntes: deum etiā ipsi adorassent: vox dñi defertur ad eos dicens. Licet nulla sit cōmuniō luci et tenebrarū: nec sit aliqua portio fidei cum infidelitate: tamen tibi donatur salus istius p̄ quo supplicasti. Apolloni. Hec et alia multa cum audissent iā lesu visione potū que nec sermo narrare sufficit nec aures audire

surreperunt de somno: que viderant fratribus indicauerunt. Ammiratio autem igē esse cepit: cū vnū atq; idem somnium vterq; narraret. Permansit autem cum fratribus latro ille iam sanctus vitam suam moresq; ad omnem innocentiam pietateq; cōmutas: tanq̄ in agnū versus ex lupō vt i eo plenissime compleri videret prophetia p̄saie dicētis. Lupi cū agnis pascēt: et leo et bos silpaleis rescentur. Vidimus etiā q̄sdā gentis ethiopum viros cū monachis viuentes et multos ex eis ceteros monachos in obseruantia religionis et virtute animi p̄cellentes: vt et in ipsis compleri videretur scriptura q̄ dicit. Ethiopia p̄ueniet manus eius deo. Ad huc autē in gestis sancti Apollonij ferebatur etiam hoc. His q̄dam tempore dicebatur exorta inter duos: quorum alius christianorum: alius gentilium fuit. Pro cōdit ex vtraq; parte armorū turbe plurime: et accidit vt sanctus Apollonius superueiret. Cūq; eos hortaret ad pacem quidam eorum qui inter gentiles quasi caput et causa belli illius erat homo truculentus et ferus obstitabat ei vehementer: dicens non se permittere fieri pacem vsq; ad mortem suam. Tūc beatus Apollonius ait. Fiat inquit vt optas. Nullus enim hic alius preter te perimetur: et congruum honori tuo tibi fiet sepulchrum: non terra sed bestiarum ac vulturum ventres.